



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ Pontificum Romanorum

Ex Antiquis Monumentis Collectæ

Sandini, Antonio

Bambergæ, 1753

CLIII. Victor II. Anno Christi 1055. Henrici III. 10. Theodoræ Porphy. 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65464](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65464)

tychis nomine Pontificis Romani, effecit, ut obrutus Photiani schismatis ignis novum ex improvise incendium daret. Vide annotat.

4. ad Nicolaum I.

(10) Otto Frisingensis lib. 6. cap. 33. pag. 126.

Mabillonius lib. 2. De re diplomat. cap. 25. animadvertit, *Leonem IX. annos Incarnationis statim ab ipso Pontificatus sui exordio, non tamen semper usurpasse, eodemque calculo usos postea Victorem II. Stephanum IX. Nicolaum II. Gregorium VII. Alexandrum II. & Victorem III.* ideoque annos Incarnationis litteris Romanorum Pontificum appositos fuisse longè ante Eugenium IV. qui anno 1431. Pontifex dictus est.

(11) A Leone Ostiensi lib. 2. Chron. Casin. cap. 87.

CLIII.

VICTOR II.

ANNO CHRISTI 1055.

HENRICI III. 10. THEODORÆ
PORPHYR. 2.

VICTOR II. antea *Gebeardus*,
Episcopus Aistettensis, Henri-Bar. an.
ci III. Consiliarius, utque putant ali 1055 §1.
qui, consanguineus fuit. Hunc per 23. 25 28
legatum Hildebrandum ab Impera- Pag. §. L.
tore petière Romani. *quoniam in Ro-*
mana

mana Ecclesia persona ad tantum officium idonea reperiri non poterat. (1) Henricus virum sibi probatum in primis & charum ægrè dimisit, multoquæ ægrius ipse Gebeardus petitioni Romanorum concessit. Invitus ab Hildebrando Romam deductus, ingenti omnium gaudio susceptus est, & Idibus April. anno 1055. inauguratus. Leonis IX. vestigia secutus præsertim Ecclesiæ statum formare perrexit. Propterea Concilium indictum Florentiam, in quo coram Imperatore Ecclesiæ bona vetuit alienari, & anathemata in Berengarium redintegravit. Contra eundem Berengarium aliud Turonis Concilium peragatum suum Hildebrandum habuit, in quo ille non ausus uti defensione, Catholicæ Ecclesiæ fidem professus est. Ferdinandum quoque illum *Magnum Castellæ, ac Legionis Regem* cohibuit, ne contra jus, morèquæ majorum usurparet nomen *Imperatoris*. In Germaniam ab Cæsare accitatus venit, eumque morientem Apostolicâ benedictione profecutus est.

Bar. an. 1036. §. 1. Pag. 1. Romam redux, brevi tempore in Urbe mansit, neque diu superstes fuit.

Bar. an. 1057 §. 19. Pag. 3-1.

Suscepto enim itinere in Hetruriam, Florentiæ, seu in alio Hetruriæ loco anno 1057. V. Kal. Augusti extremum vitæ spiritum edidit, cum annum Pontificatûs alterum, mensem tertium & diem decimum quintum implevisset. (2)

ANNOTATIONES.

(1) Leo Ostiensis lib. 2. Chron. Casin. cap. 89. tom. 4. Script. Rer. Italic. pag. 403.

(2) *Defunctum Florentiæ, ibique sepultum*, dicit Baronius ad an. 1057. §. 9.

CLIV.

STEPHANUS IX.

ANNO CHRISTI 1057.

HENRICI IV. REGIS 2. ISAACI COMNENI I.

STEPHANUM IX. Gozzelonis Ducis Lotharingiæ filium, qui *Federicus* antea dicebatur, Casinensem Abbatem & Cardinalem Presbyterum, Romam ex Hetruria paulò ante reversum, IV. Nonas Augusti anno 1057. Romani uno omnes consilio, ac voluntate concordi, per vim ex hospitio eductum in Basilicam S. Petri ad vincula trahunt. eliguntque in Pontificem, ac postridie Cardinalibus om-

Bar. an.

1057 §. 10

11. 12. 13.

Pag. §. 2. 3

P P

ni-